



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 66. Altercatio inter ipsos Lutheri sectatores circa bona opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

actam suæ doctrinæ, ac fidei rationem Sæcul. XVI.  
haurire possent. Præterea statuit, ut A.C. 1550.  
pæter dies dominicos totius anni, nec-  
non Nativitatis Dominicæ festivitatem  
nulli alii dies festi celebrarentur: ast  
id non paucis tantæ fuit offensionis,  
ut non deessent quamplurimi, qui ad  
invidiam Calvinio accersendam divulg-  
rent, quod etiam dies Dominicos abo-  
lere intenderit: alii vero querebantur,  
quod hoc statutum condidisset ex proprio  
arbitrio, ac minime convocato cetero-  
rum Ministrorum confessu. Verum Cal-  
vinus de hac objurgatione parum an-  
xius, rem acrius urgere destitit; cum  
enim ejus auctoritas Genevæ ceteris  
omnibus præstaret, facile ejus senten-  
tia prævaluit.

## §. LXVI.

*Alteratio inter ipsos Lutheri Secta-  
tores circa bona opera*

Hoc anno inter Lutheri asseclas re- Burchol. in  
cruduere dissidia circa necessitatem indic. chrono.  
bonorum operum. Hisce dissidiis ansam Melchior A-  
præbuit Caroli V. Decretum *Interim* di- dam in vit.  
ctum, quod juxta Orthodoxæ fidei doctri- Theo. Germ.  
nam statuit, quod piæ actiones ad salu- Spond. ad  
tem sint necessariæ. Præprimis Georgius ann. 1551.  
Major natione Germanus, ac Protestan-  
tium Minister, qui die vigesima quinta

R 3

Aprilis

**Sæcul. XVI.** Aprilis Anno Christi millesimo quin-  
A.C 1550 gentesimo vicesimo Norimbergæ in lu-  
 cem editus fuit, contra Nicolaum Ambs-  
 dorffium, ejusque discipulos, qui rigi-  
 diores Confessionistæ appellabantur,  
 propugnabat, pia opera ita ad salutem  
 esse necessaria, ut absque illis nequidem  
 infantes justificari possent. Hujus Mi-  
 nistri fautores vulgo vocabantur Maj-  
 ristæ. Porro ex adverso Nicolai Ambs-  
 dorffii Sectatores, qui a Magistri sui no-  
 mine Ambsdorffiani nuncupabantur,  
 contendebant, hæc opera non modo in-  
 utilia, sed etiam saluti noxia esse: at pro-  
 gressu temporis quidam suæ sectæ Di-  
 scipuli hanc doctrinam sacris literis adeo  
 adversam rursus damnabant.

## §. LXVII.

*Francisci Stancarii dogmata.*

*Spond. l. e.  
n. 22.  
Florim.  
Ræm. de  
orig. hæresi  
l 2 c. 14. n. 6  
Stanisl. Ori-  
chov. in chi-  
mæra fol. 4  
E 33.* **A**lios quosdam errores quidam nomi-  
 ne Franciscus Stancarius in Polon-  
 ia diffundebat: hic enim patria  
 Mantuanus, atque ob hæresin ex Italia  
 pulsus, cum in Germania tuto subsiste-  
 re haud posset, in Poloniam secessit,  
 ubi in Cracoviensi Collegio Hebraicum  
 idioma tradere permittebatur; cum vero  
 in explanandis sacræ scripturæ textibus  
 Protestantium errores spargere detege-  
 retur;